Pro solutione huius dubij p̃mittendū est q geleniabiz arabice est rose cōdite siue cū zuccaro siue cū melle. Est itaq; duplex.s.zuccarum rosatuz t mel rosatū. ¶ Descriptio zuccari rosati. ℞. foliozū rosarū albaz aut rubearū parte vnā expādātur super tabula in vmbra vsq; dū supfluus būiditatum resoluat.t sint rose bñtes mediocritatē inter cōplctiōez t acerbitatē.teranf in vase lapideo.deinde pyciaf super eas zuccari tabarzet.i. albissimi t depuratissimi triplum pōderis earū reponanf in vase vitreo t obturef os eius cū pergameno:t opponaf soli mēsibus tribus oī die sepe agitando cū pistello vel spatula.deide remoueaf a sole t reserref.Et qdam faciūt illud cū rosis nō babētib? aliqd de cōpletiōe t est magis stipticū/Et qdaz nō terūt rosas sed incidūt cū forficib? t fricant manibus fricatiōe vltima rosas t zuccarū:deide exponunt soli. ¶ Mel rosatū sic fit. ℞. foliozū rosarū ꝑparatarū: vt supra parte vnam mellis partes tres coquanf cū facilitate sicut opz/Et sūt qui ponūt mellis t succi rosaruz partes eq̃les t nō ponūt ex folys aliqd/Et sunt qui ponūt foliozū rosarū partē.i.5. succi eius partē.i.5.mellis ptes tres.Primū est magis cōfortatiuū t minus lenitiuū.scōm minus cōfortatiuū magis absterſiuū t plus solutiuū. tertiū vo ē medīū iter hec t pstantius forte est ceteris. ¶ Et mel rosatū factū cum folys est duplex.qddā colatū a rosis t est minus stipticū t min? cōfortatiuū. Quoddā nō colatū t est magis stipticuz t magis cōfortatiuū. ¶ Sed iuleb rosatum fit ex aq̃ ifusiōis aut distillatiōis rosarū lib.iy.zuccari optimi lib. .y.buliant cū facilitate vsq; ad sufficiētez inspissationez. Et qō fit ex rosis recētib? est magis lenitiuū:sed ex siccis aut aq̃ rosata est magis stipticuz. ¶ Et ex bis manifesta est vtus zuccari rosati.declinat.n. leuiter ad frigidū t est magis siccū q̃ frigidū eo q zuccaruz tabarzet ponit q̃ temperatū in vtraq; ꝛtrarietate licet sit discordia de eius cōplexione. Rose autē sunt frigide in p̃mo sicce in scōo. q̃re t̄c/Est tñ dria ex pte rosaz. Mā albe sunt frigidiozes q̃ rubee:sed minus cordiales. t cōplete minus frigide t minus stiptice q̃ nō cōplete. Et siluestres sūt frigidiozes sicciozes t magis stiptice domesticis.t sil'r rose sicce q̃ recentes. Succus tñ rosarū est calidus t siccus resolutiuus abstersiuus aperitiuus opilationū. ¶ Sil'r est dria ex pte zuccari.nam rubeū notabil'r declinat ad calidū t est magis abstersiuū. Sed zuccarū duaz coctaz est mediū iter hec/zuccarū tñ rosatū oz fieri ex zuccaro depuratissimo per trinā decoctionē aliter forte declinaret ad calidum. ¶ Mel aūt rosatū est calidū t siccū. t calidi? est illō qō fit cū succo rosarū t min? stipticū. ¶ Julcb aūt rosatuz ē in virtute zuccari rosati:ꝛ min? stipticū. t magis lenitiuū est illud qō fit cū aq̃ ifusionis q̃ illud qō fit cuz aq̃ distillatiōis. Et zuccaz rosatū antiquū ē magis stipticū q̃ nouū. t nouū ē magis absterſiuū t cōdiale t aliq̃l'r solutiuū

His ita premissis p solone dubij ponunt isti xclones. ¶ Prima ī nulla febre fortis iflāmatiōis ꝑetit zuccarū rosatū. qz non est ꝓportionatū ifrigidās. Naz si aq̃ cucumeris aliqñ in eis iflāmaf gnto colliget multo magis zuccarum rosatum. ¶ Scōa cōclo. zuccaz rosatū q̃tuz ad duas ītentiōes generales nō ꝑetit in febrib? putridis aī digōnē t eūonē. ꝓbaf p̃mo. qz nullus auctorū xcedit ipm in p̃ncipio. Luz enī auctores nominēt plima ꝓueniētia in p̃ncipio febriū putridarū de zuccaro rosato nūq; fecerūt mentionē. t locus ab auctate negatiue tz in practica medicīe nisi māifesta rō aut expiētia sit in ꝓriū. Rone aūt cōfirmaf. qz stiptica nō cōueniūt a p̃ncipio rone digōnis cū vias opilēt t mās faciāt ieptas eūoni. Nec ēt conuenit rone eūonis mās. qz a p̃n?nō oz fieri eūo cū re q̃ succedat cū stipticitate. vñ mirabolani prohibenf ab initio vt post apparebit. ¶ Tertia ℈. zuccarū rosatū aliqñ ꝓuenit a p̃n? rone confortatiōis stōi aut cozdis. qz aliqñ idigem? in p̃n?febriū. t ꝓprie vbi sit aliq̃ mā subtilis eūanda. ꝓpterea in flatica aliqñ ꝓcedit mel rosatū ab initio. ¶ Quarta ℈. digesta mā t minozata zuccaz rosatū ꝓuenit in febrib? putridis t ꝓprie in ōcliatiōe cū op? est ꝓfortare mēbra lassata ex egritudie t ꝓcedētib? solutinis. ¶ Ad rones in oppositū rūdef. ¶ Ad p̃mā q̃ practicātes aliqñ male opanf. ¶ Ad scōz ꝓcedit aliqñ mel rosa.in flatica coacta ītētiōe ꝓfortatiōis stōi:t min? nocumētū fac̃ qñ pēdet ab būore subtili. ¶ Ad tertiū oz q̃ Rasis cōcedit ipm in almelilet sequente febrem. ¶ Et ad reliquas rones ex bis q̃ dicta sunt facilis est responsio.

¶ Et scias q̃ cura febris putride ē diuersa a curatiōe febris ethice. Curatio enīz ethice est cōtenta sup contrarietatē egritudis t curatio febris putride nō est ꝓtenta sup cōtrarietatē egritudinis tātum: imo sup absciſionē cause eius: q̃uis illud qō est cōueniens egritudini t cibationi sit amicū virtuti ex pte sui.s. virtutis.et inimicū virtuti ex pte : qñ est amicū inimico ei?. t est mā q̃re ē adiuuās vtrūq; earū: quāobrez indigem? in regimie eius canone. t nos singulare caplm ei si de? voluerit faciemus.

¶ Dic Auī.ponit duo documēta.t sic diuidit ī ptes duas. in p̃ma ponit p̃mū.in scōa scōm.z? ibi/Et scias q̃ nō ē tibi). De p̃ma pte dicit q̃ cura febris putride est valde diuersa a cura febris ethice.qz cura febris ethice est cōtēta sup vna ℨrietate tantū.qz sufficit sola ifrigidatio. Sz cura putride vltra cōtrarietatez egritudis opz q̃ fiat cum absciſiōe cāe ei?a q̃ dependet:q̃uis sit ēt alia dria.s.ex pte cibatiōis t ifrigidatiōis: qñ illud qō est ꝓueniēs egritudini t cibationi.s.ifrigidatio t cibi exhibitio est amicum virtuti ex parte sui.s.vtutis. qz virtus cōfortaf per infrigidationē rectificantez cōplexionē q̃ est instrumētū virtutis t per cibationē restaurantē spūs t sanguinez/Et ēt ex parte sibi.s.virtuti inimicū.qz est amicū inimico eius .s.materieri a qua pendet putrida feb.qz ifrigidatio multotiens incrudat mām t cibus auget ipam. quare sequit q̃ infrigidatio t cibatio est adiuuās vtrūq;.s. vtutē t materiaz. Et iō ꝓpter hanc cōtrarietatē indigem? in vsu ciborum in putrida feb.caū.siue regula supple magis q̃ in vsu ciboz in ethica. Et iō nos Auic. faciem? de cibatōe febricitāriū singulare caplm statim post ꝑsens caplm vt cibem? febricitātes cū miozi nocumēto q̃ sit pole. ¶ Notandū p̃ q̃ qz feb.ethica ē feb.fcā t nō bz cāz corpi itrisecā a q̃ pēdeat spāli depēdētia. iō circa cāe remotionē inquātuz talis febris nō opz sollicitari:ꝛ oz ipam extinguere cū cōtrario.s.infrigidante: sicut dicet in capło ꝓprio. Febris aūt putrida vt huiusmodi habet causaz ad intra corpus a qua dependet spāli depēdētia. q̃propter oportz ipsius cām abscindere iuxta superius dicta.t cū boc ifrigidare fm q̃ est expediens. ¶ Notandū secūdo q̃ licet Auic. statim dixerit q̃ ifrigida? t ciba? ex parte amicā virtuti.qz infrigida? rectificat cōplexionez t cibatio au-

get sanguinez ꝛ spiritus. ex pte inimicanꝫ virtuti. qz amicanꝫ inimico eius. s. mãe incrudando ꝛ augendo ipaz. nõ dixit tamẽ se velle dare cañ. gbus infrigidem⁹ cũ minori nocumẽto possibili. sed solũ se facturũ caplm generale vt cibemus cum minori nocumento possibili eo qꝺ cañ. circa infrigidationez iam incepit prosequi ꝛ prosequitur in presenti capitulo.

¶ Et scias qꝺ non est tibi possibile curare febrẽ nisi cognoueris eam. qꝺ si ignoraueris: tunc subtilia regimen.

¶ In pte ꝑsenti ponit tertiũ canonẽ siue tertiũ documentum dicens duo. Primuz qꝺ nõ est tibi possibile vt cures febrez nisi postq̃ cognoueris eam. Scõm. qꝺ si ignoraueris eam tũc subtilia regimen. Primũ sic intelligit qꝺ non est possibile vt cures febrez cum ꝓpꝛys fm qꝺ opz nisi a casu. nisi post integraz eius cognitionẽ. Unde nõ sufficit scire genus egritudinis nec spẽm. sed opz scire vtruz materia sit grossa vel subtil cruda vl digesta multa vel pauca quãta sit febris. ꝛ sic de ceteris disponibus: quarũ sermo ꝑcessit in ca⁹ de signis accidẽtiũ febrium. ¶ In scõdicto Auicẽ. respõdet tacite questiõi. Posset enĩ qꝺ quererem cum ignorauero egritudinẽ: sicut sepe mihi cõtingit debeo ne aliquid facere. Dicit qꝺ tu debes subtiliare dietam. in subtiliando enĩ nõ põt esse error: cum qlibet eger debeat subtiliꝰ dietari q̃ tẽpore sanitatis saltẽ in vna cibatione: cũ virtus sit debilioꝛ ꝛ ẽt fm plimũ in toto egritudinis ꝓcessu ꝑcipue in egritudinibꝰ materialibꝰ debet subtilius dietari q̃ tempore sanitatis. Et hoc dictuz conforme est sniẽ Aui. quarta ꝑmi dicentis. qꝺ cũ tu ignoras egritudinẽ cõmitte eam nãe: qm aut superabit aut manifestabit. attenuãdo nãq; dieta cõmittim⁹ egritudinẽ nature. ipsa enĩ cibo nõ impedita mouebit contra egritudinem. vnde eã aut superabit aut saltez manifestabit. ¶ Si dicas hec dieta quantũ debet esse subtilis. Respõdeo qꝺ hoc non põt determinari: sed respice ad virtutẽ: tunc ꝓtesentem ꝛ ad egri cõsuetudinẽ ꝛ ceteras cõditiones q̃ possunt esse pro tũc tibi manifeste. fm plurimum tñ minus errabis si ordinaueris sibi dietaz mediaz que est ptisana ordeacea tẽpore nostro in brodio pulli aut panis lotus in eodem. Non enĩ tẽpore nostro ꝓpter hominuz cõsuetudinem multe comestioni opz ita attenuare dietã sic ꝑceperunt antig. Cuz hac enĩ dieta media min⁹ potes errare q̃ si tu ordinaueris dietã extremã. cũ extrema magis distent inter se q̃ mediuz ab extremis. ¶ Scõo quereres quãto tẽpore licet stare in hac ignorantia. Respõdeo qꝺ Rasis. 16. cõtinentis tibi assignat tẽpus duoꝝ dieruz cui Auic. cõsentit in hac sen. in capto de febribꝰ ꝓpositis: vbi dicit. Turpe est medico cognoscenti significatiões cuiuscunq; febris nõ cognoscere earũ complexionẽ a ꝑma die vel a scõa. ¶ Tertio quereres trãslatis duobꝰ dictis si nõ cognouero eam qd mihi agẽdũ est. Rñdeo qꝺ debes q̃rere socium: qꝺ si forte eũ nõn possis hre facias aliq cõia q̃ ita possint ꝓdesse qꝺ nõ obesse sicut clisteria cõia exhibe sirupum acetosuz cuz aqua zuccari ꝛ silia.

¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum.

¶ Dic Auic. redit ad cañ. ꝛ ꝑmo ponit canões magis concernentes opus ꝓtra materias cões. 2ᵐ magis cõcernẽtes opus contra calorem febrilez. 3ᵐ ponit canones magis cõcernentes opus ꝓtra materias ꝓprias febriuz. 2ᵐ ibi (Et nõ ꝓhibeas ei aquã) 3ᵐ ibi (Et cũ administraueris istos) ¶ Canones aũt cõiter dati cõtra mãm qdã sunt ad ꝓhibendũ ipedimenta digõnis ꝛ cũonis. qdam directe respiciunt euacuationẽ. Dec pars diuidit in tot ptes quot sũt canones. ptes patebunt legẽdo ista. ¶ Primus canon est de ꝓhibẽdo ipediens digõnẽ ꝛ cũonez mãe. Et dicit. ꝓuide ne eger occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuũ. Et ꝙ ventrẽ intelligite tam stomacũ q̃ intestina inferiora. hec enĩ regulariter operãdo debẽt esse vacua ante aduentũ paroxismi ꝛ exacerbatiõis. Nõ dico qꝺ oia intestina ꝛ grossa ꝛ subtilia debeãt esse vacua. hoc. n. eẽt valde difficile ꝛ raro cõtingẽs. ẽt si eger abstineret a cibo per. 12. horas aut plures ante aduentũ paroxismi. Ratio aũt canonis est. qz cib⁹ in stomaco corrũpit a paroxismo supueniente ꝛ corrupt⁹ suggerit mãm morbo. Et scõ natura circa cibũ occupata nõ põt vacare digestioni ꝛ resolutiõi mãe. feces aũt in itestinis reperte in magna copia euapozãtes p actionẽ caloris febrilis addũt iflãmationẽ ꝛ iuuãt ad corruptionẽ cibi chili ꝛ humoris. ¶ Et ex his ꝑz quõ hic canõ est ad ꝓhibendũ ea que possent ipedire materie digõnem ꝛ euacuationẽ. ꝓpterea pro hõ canõis obseruatiõe multis fecib⁹ existentibꝰ in intestinis ipsas educimus cum suppositorio aut clisteri lenitiuo. ꝛ similr ante aduentũ paroxismi cibamus tãto tẽpore in quo verisimiliter cibus sit digestus in aduentu paroxismi. ꝛ hec omnia intelligant cura regulari. Nã cura coacta multotiens ab hõ canonis executione impedimur.

¶ Et non moueas in die paroxismi aliqd quãtum possibile est tibi neq; cures febrem.

¶ Dic est scõs canon in quo dicit qꝺ nõ moueas in die paroxismi aliqd. s. euacuando mãm q̃ntuz est tibi possibile. Et subdit incidentaliter qꝺ in tali die non cures febrem.

¶ De ꝑma pte canonis statim erit dubiuz cuius decisio declarabit ipsaz. ¶ Sed est sciendus ꝓ notitia scõe ptis licet de hoc erit spãlis sermo inferius vbi dicit Auicẽ. qꝺ nõ debem⁹ frãgere paroxismũ: etiam cum iuleb. Amicẽ. hic remouet errorez quorundam medicoꝝ qui fere in oi febre etiã mediocris ꝛtensionis q̃ ꝑmũ in paroxismo ꝛ exacerbatione ꝓperant ad epithimata infrigidantia circa caput coꝛ epar renes ꝛ cetera mẽbra exteriora. quoꝝ error est nõ puus. Nã opilãdo poros igrossando mãm ꝓlõgant paroxismos: cũ oporteat mãm paroxismale transpirare per poros. Nõ enĩ opus est vt faciam⁹ hec nisi in febribꝰ acutis in qbꝰ timem⁹ coꝛporis arefactionẽ. Et si oino velint hec approximare vt videant plura facere melius est vt approximẽt in hora quietis ad extinctionẽ caliditatis supflue in mẽbris illis forte fouẽtis febrẽ ꝛ reaggregãtis mãm ꝑ sequentibꝰ paroxismis. De his aũt q̃ sumunt ꝓ curatione febris tẽpore paroxismi sicut aq̃ cocta iuleb. ꝛ similia erit spãlis sermo iferius quãdo ꝛ in quibus casibꝰ conueniant ꝛ qualia debeant esse.

Sed pro declaratiõe ꝓme ptis dubitatur vtrũ medicꝰ debeat euacuare in die paroxismi. argt qꝺ sic. ꝓmo. q̃dã febres sunt paroxismates oi die in qbꝰ necessaria est eũ. g̃ ꝛc. ¶ Scõo in febribꝰ ꝓtinuis siue sint ꝓtinue ꝓportiõales siue cõcius opz eũare. ꝛ certũ est qꝺ nõ põt fieri nisi in die paroxismi: imo nõ nisi in hora afflictõis. ¶ Et ꝛfirmat. qz in cõtinuis licz eũare hora afflictõis. g̃ multo magis in interpolatis licebit eũare hora afflictiõis. ꝛz ꝛña. cum in ꝓtinuis sit vꝰ debilioꝛ maioꝛ ebulitio ꝛ agitatio q̃ in interpolatis q̃ oia in eũando timenꝫ. ¶ 3ᵐ medicꝰ tũc oz eũare quãdo mã est maxie apta motui. sed in paroxismo est magis apta motui q̃ tpe getis: qꝺ manifestũ est: cũ tũc maxie agitetur ꝛ ꝛmoueat. ¶ Et ꝛfirmat. qz ꝓp hãc cãm ꝑles medici in q̃rtana ꝑcipiũt eũonẽ ichoãte paroxismo. ¶ Amplius ꝓp hãc cãm qdã flebotomãt q̃rtanarios ĩ reuolutiõe lune. ¶ P. dixit Hal. ꝑma affoꝛismoꝝ affoꝛismo 2ᵐ qꝺ medicus oz mouere hora motꝰ hũoris: ꝛz hora motus hũoris ẽ hora q̃ mouẽt ad paroxismũ. ¶ Quarto ꝑncipaliter

medicus dz esse imitator nãe: t sic debz eũare eo tpe quo nã cuacuat. sed nã creticat t euacuat in paroxísmo z⁹ de crisi. ¶ Quinto. qñcunq; nã tentat eũoné adiuuãda est. sed freqũter nã tentat eũonez in p̃cipijs poxísmox t p̃pie per vomitũ. q̃re est iuuãda. ¶ Et cõfirmaf doc idẽ de intentiõe Auicẽ. in p̃ti capl̃o. t z⁹ affozis. Undecũq; nã reperit inde ducere opz ꝛc. ¶ Sexto. sudor frequẽtior t electiue a medicis ꝓuocaf in paroxísmo. t silr eũo insensibilis per pozos cutis cũ fricantib⁹. ¶ Septimo. medici freqũter cogunf euacuare in paroxísmis t exacerbatiõibus timoze apatis aut cuz mã fuerit furiosa aut venenosa. t in oĩbus casib⁹ in gbus non danf idutie. ¶ Ultimo arguif auctozitate Rasis. io. cõtinẽtis. capl̃o vltimo. t ratione eiusdẽ. Dicit. n. q euacuatio q̃ nõ dz fieri in hoza paroxísmi est eũo p fluxũ vẽtris: sz eũo per vomitũ põt fieri: t assignat cãm in his ỽbis. vtendũ est eũone in tpibus poxísmox p superi⁹: in tpib⁹ getis p iferius: qũ in tpibus poxísmi bũozes sũt turbati declinãtes ad superi⁹: t in maiozi parte fit vomit⁹ t fluxus sanguinis narium. Sed in tempore quietis eo q tunc natura t bũozes gesciunt facilis erit euacuatio per vrinã t egestionem.

Pro solutione ỽbis p̃mittendũ q p eũoné itelligim⁹ quãcũq; eũoné sensibilẽ aut isensibilez. Et p diez poxísmi possum⁹ intellige re diẽ. s. z4. hozax in q̃ accidit poxísmus. t ẽt hozaz afflictiõis ipsi⁹ paroxísmi. t de vtroq; mõ ẽ sermo apud Aui.

¶ Notãdũ scõo q duplex est cura. quedaz regularis. t ẽ cũ iuuamẽto notabili absq; notabili nocumẽto. t ecõtra coacta fit cũ notabili iuuamẽto t notabili nocumento. sz iuuamentũ est maius nocumento.

His premissis sit hec p̃ma cõclusio. in iterpolatis p eũone eligẽda ẽ dies getis. t si bẽat plẽs dies getis eligẽda est magis distãs ab hoza febzis p̃terq; in eũone q̃ est p pozos cutis. vñ i q̃rtana eligim⁹ tertiã diẽ a die poxísmi. t silr in gntana. Dixi p̃terq; in eũone q̃ est p pozos cutis. nã fm plimũ sudoz poxísmalis t cretic⁹ sunt in declinatiõe poxísmi ꝓuocãdi. t similr eũo insensibilis p pozos cutis. t si iterpolata iuuadit quotidie eligẽda ẽ hoza getis. cõclo. pbaf: cũ tũc vtus sit magis tolerãs t corp⁹ min⁹ resolubile t bũozes minus agitabiles t corp⁹ min⁹ a farmaco inflãmabile. t ẽt qz in hoza periodi mã mouef a centro ad circũferentiã. t farmacus trahit a circũferẽtia ad centrũ. ¶ Scõa ꝛclo. in ꝓtinuis ꝓportiõalib⁹ eligẽda est hoza tepozis. sed in ꝛclusis hoza frigidioz diei: sic hoza matutina. in his. n. hozis corp⁹ est min⁹ iflãmabile t resolubile: t bũozes min⁹ agitabiles et vtus magis tolerãs. ¶ Tertia ꝛclo. q̃cũq; hoza nã tẽtauerit aliquã eũoné p aliquã regioné si nã nõ fuerit potẽs ad ꝛplendũ eã est adiuuãda p eandẽ regioné. hec ꝛclo est de itentõe Aui. in p̃ti capl̃o. Estq; affo. scõe pticule. Undecunq; nã repit ide ducere oportz p ꝓueniẽtes regiões.

¶ Quarta ꝛclo. aliq̃n medicus cogit ⁊ dz in hoza paroxísmi t exacerbatiõis flomare t farmacare: t alys modis eũare gr̃a maioris nocumẽti euitãdi q̃ sit nocumẽtuz ꝛtis eũonez. cõclo manifesta est: cũ aliq̃n fere subito oporteat flebotomare gr̃a apatis euitãdi i mẽbzo nobili. t aliq̃n oporteat mãs furiosas aut venenosas subito educere: t sic de alys eũonib⁹ posset exemplificari. Et aliq̃n mãe sunt ita ꝓpique vye ductuũ q̃ sine magna molestia egri p̃ti educi cũ leui cristeri aut leui vomitiuo: t si in hoc casu eẽt cognituz posset regulariter euacuare q̃cunq; hoza.

His ita determinatis superest vt rñdeamus ad rões in cõtrariũ. ¶ Ad p̃mã t scõaz ex dictis pz solutio. ¶ Sed ad ꝛfirmationẽ negaf ista ꝛtia. in cõtinuis debem⁹ eũare tẽpore afflictiõis, ergo multo magis in iterpolatis. Nã quã vtus sit fortior t corp⁹ minus iflãmabile in iterpolatis q̃ in cõtinuis t in sũma min⁹ noceret euacuatio. tñ qz debem⁹ semp eligere mai⁹ bonũ t vitare mai⁹ malũ: debemus in iterpolatis eligere hozã quietiozẽ in q̃ nõ est afflictio. sz in cõtinuis nõ possum⁹ istud facere cũ corp⁹ semp febziat: eligim⁹ tñ hozaz minozis febzis. ¶ Ad tertiã rõnem dicif q in periodo nã est magis apta motui. sed ille mot⁹ est ꝓtra motũ eũonis farmaci. t cũ hoc sunt alia nocumẽta dicta in ꝓbatiõib⁹ ꝛclonũ. ¶ Ad cõfirmationez q̃ gdam curãt q̃rtanarios dãdo solutiuũ in p̃cipio paroxísmi. Respõdef q licet aliq̃n succedat: ĩmo hoc mõ curaui meip̃m a q̃rtana: vtpl̃imũ tñ non succedit: t maioza sequunt nocumẽta q̃ iuuamẽta. ¶ Ad aliã ꝛfirmatiõez de illis q flebotomãt q̃rtanarios in reuolutiõe lune ego q̃tũ est in me illã flomiã vitupero. nec vidi aliquem nec audiui q ex illa flomia iuuaref: sed bene multis nocuit.

¶ Ad aliã confirmationẽ de Hal. dicente q dz fieri eũo hoza motus bũozis. Respõdef q hoza motus bũozis de q̃ loquif nõ est hoza paroxísmi q est mot⁹ ꝓternaturalis: sed est hoza mot⁹ nãlis. vñ vnicuiq; humoꝝ est aliq̃ hoza diei attributa. flegmati. n. ꝑma hoza noctis inclusiue vsq; ad sextaz. sed melãcolie a sexta vsq; ad duodecimã. sãguinei vo a duodecima vsq; ad decimã octauã. sz colere a decima octaua vsq; ad vigesimã q̃rtã. In his. n. hozis si apte possent fieri eũones essent bũozes paratiozes euacuatõi.

¶ Ad q̃rtũ rñdet Sm Marsiliũ q medicũ debere imitari nãm nõ itelligif q medicus ita operef semp sic nã: ĩmo itelligif q medic⁹ dz agere id qđ est meli⁹ nãe. nunc aũt qz melius est nãe q fiat euacuatio in hoza getis. ideo doc dz facere medicus. hoc mõ imitatur nãm. ¶ Nec tñ solutio nõ est ad mentẽ ponentiũ dcñ illud. ¶ Alr dicif q medicus dz imitari nãm in q̃tuz põt. Unde si medic⁹ posset opari cũ instrumẽtis q̃b⁹ vtif nã. s. cuz calore nãli t vilis mẽbzoz. tũc forte deberet facere eũoné hoza paroxísmi sicut facit nã. sed qz nõ põt vti his instris q̃b⁹ vtif nã: ĩmo dz q̃ vtaf farmaco aut flomia q̃ calefaciũt t agitant humoꝝ t debilitãt. iõ dz facere eũonez in hoza getis in q̃ sunt apta min⁹ seq bec nocumẽta. ¶ Alr t clarius dicif q medic⁹ debz imitari nãm mere nãliter operantẽ in q̃tuz põt. nũc vo qz nã facit fortia accñtia t mot⁹ vtuti molestos: sicut quottidie videm⁹ i crisi: q̃ ola veniũt ꝑter itentionẽ nãe. iõ medic⁹ nõ dz in hoc imitari nãz. qz non mere nãliter operaf. ĩmo hoc facit nã tpe paroxísmi stimulata a fozti ipressione mãe ꝓpter quã stimulationem mouef ad eũoné. In tpe aũt quietis. qz nõ est stimulata nõ mouef ad crisim. Medicus itaq; nõ dz ipaz in B imitari. qz nõ agit mere nãliter: ĩmo dz facere eũoné cũ miori nocumento poli. hoc aũt fiet in die getis. ¶ Ad qntũ t sextũ cũ cõfirmatiõib⁹ suis pz rñsio ex his q̃ dicta sunt in determinatione questionis. ¶ Ad septimuz dicit argumentuz illud ꝓcedere. Nam sicut dictũ fuit in determinatione questionis: opz aliquãdo in paroxísmis t exacerbationib⁹ flebotomare t farmacare cuz egritudo nõ dat idutias vsq; ad hozã getis aut minozis tepozis. ꝓpterea dixit Aui. in can̄. Nõ moueas in die poxísmi q̃tuz est poſe. qz aliq̃n nõ est poſe sicut determinatũ fuit in gõne.

¶ Ad vltimũ dicit q intentio Rasis. io. ꝓtinentis fuit q medicus dz adiuuare nãm in gbus deficit. t qz natura in tpe paroxísmi pluries tentat eũoné ꝓvomitũ q̃ p secessũ a cui⁹ cõplemẽto frequẽter deficit opz medicũ ipam adiuuare. ¶ Qđ aũt hoc sit verũ manifestũ est. nã in colericis. q̃rũ materia leuigat ad os stõaci freq̃nter accidit iclinatio ad vomitũ. In flegmaticis silr ꝓpter multitudinẽ flegmatis reperti in stomaco. ¶ Similiter in melancolicis ꝓpter cõmunitatez splenis ad os stomaci mediãte vena deferente melancoliaz ad os stõaci, sed nõ ita frequẽ

ter in paroxismis inclinat ad fluxū ventris. Silr fluxus sanguinis nariū frequētius ꝓuocat in paroxismis ꝙ qui cunq; alius fluxus sanguine⁹. ideo medicus frequēti⁹ debet adiuuare nām ad has duas euacuatiões ꝙ ad alias tēpore paroxismi ⁊ semp cū leuib⁹. Si aūt nā nulla istaꝝ eūonū rētaret medic⁹ nō oz ipaꝝ inchoare nisi coacte gra minoris nocumēti euitādi: ⁊ sic est finis ⁊c.

¶ Et opꝫ vt obserues in oibus illis dispōnem virtutis: ꝙ si fuerit fortis ⁊ fuerit illud qō vincit sanguis aut cū hūore q vincit sanguis: tunc flomia est magis cōueniēs ⁊ ꝓprie cū vrina ē rubea grossa nō citria ignea ex qua timeat apō flomiaꝫ victoria colere ⁊ acuitatis eius.

¶ Hic est tertius canō. ⁊ est cuꝫ quatuor alys sequētibus ꝑncipaliter de euacuatiōe materierū q̄ cōiter peccant in febrientibus ꝑter naturā ꝓpriā febriuꝫ: q̄ruꝫ euacuatio a medicis dicit exiccatio. Et iste ꝑmus canō de flebotomia cum q̄tuor alys sequētibus sunt magis spāles precedentib⁹. qz sunt de spāli mō euacuatiōis. s. flebotomia: lenitione vētris: ꝓuocatōe vrine: ꝓuocatiōe sudoris: ⁊ ꝓuocatiōe vomit⁹. ¶ Et dicit ꝑmo ꝙ in oibus illis febriē tibus febre putrida opꝫ vt obserues dispōné virtutis: vt nō cōtradicat operatiōi tue maxie in flebotomia. ea enim nō cōsentiēte nulla faciēda est eūo: ꝫ maxie flebotomia. Si ergo vtus febriētis fuerit fortis ⁊ hūor q vincit fuerit sanguis aut cū humore q vincit fuerit sanguis: tūc flebotomia est melior res. s. inter euacuatiões. ⁊ ꝓprie cū videris ꝙ vrina ē rubea grossa. ¶ Sz si fuerit citria ignea: tūc nō ē faciēda flomia. qz ex ista vrina ignea timet ꝙ apud flebotomiā sequat victoria colere ⁊ acuitas eius.

Pro declaratiōe hui⁹ canonis dubitat. vtꝝ in q̄libet febre hūorali cō petat flebotomia. Et arguit ꝙ sic. auctoritate Hal. ii. tera pentice. xv. capō. vbi dicit. oprimuz est venā icidere non solū in sinochis febribus: sed in oibus alys q̄ ex putredie humoꝝ fiunt. ¶ Ampli⁹ q̄rta ꝑmi. capō de flebotomia: licet flomia nō sit necessaria est tñ ꝓueniens. qz efficit vt nā fiat fortis supra residuū māe. ¶ Et ꝓfirmat. qz q̄cūq; sanguis peccat quāto aut q̄ll cōperit flebotomia alys non cōtradicētibus: sed in omni febre sanguis peccat saltez in quali. quia est ita inflammatus vt per ipm a corde ad alia membra febris deferatur.

In oppositum est Auu. in pte ꝑnā q negat flomiā cū vria ē acuta ignea.

Pro solutione hui⁹ est sciendū ꝙ febris dicit humoralis. qz pendet a calefacto eē humorū siue illi humores sint in corde siue in alys mēbris dūmodo vapor calefact⁹ ab illis eleuat⁹ cordi cō municet. Et ꝓsequēter feb. dicit sanguinea qz pēdēs a calefacto éē sanguinis ⁊ nō calefacto esse alioꝝ humoꝝ. Et febris aliqua specifice denominat ab aliq̄ humore qñ pēdet a calefacto esse ei⁹ ⁊ nō alteri⁹. Si vero pēdeat a pluriuz denoīatiōe denominat vt sanguinea colerica ⁊c. Et per calefactū esse humoꝝ in ꝓpōito intelligo tā calefactū esse cū putredine ꝙ sine putredie. ¶ Et ex his iferr ꝙ si aliqua febris pēderet a calefacto eē alicui⁹ hūoris ⁊ cale fieri sanguinis. nō dicerem⁹ ipam sanguineā nec a sāguine pēdere ad itellectū dictū. Nā sic ois febris eēt sanguinea. ¶ Et ex his pz ꝙ in textu ꝑ humore vicentē ōbem⁹ intelligere illū a cui⁹ calefacto eē pēdet feb. ⁊ sic sāguinē dicem⁹ vincere si a calefacto eē eius pēdeat febris. ⁊ si pēdeat a calefacto eē alteri⁹ humoris dicem⁹ aliū humoreꝫ vincere. Et si pēdeat a calefacto eē pluriū humoruꝫ nos dicemus plures hūores vincere. s. in cōparatiōe ad alios a quoꝝ calefacto eē non pēdet febris. ¶ Tunc restat vt videamus qd Auic. itelligat cū dicit ꝙ cū humore q vincit fuerit sanguis. Et pōt dupliciter intelligi. vno mō ꝙ vltra humorē in quo fundat calefactuz eē faciēs febreꝫ sit in corpore sanguis amplior opportuno aut in cōparatione ad ꝓpriū tēperamentū aut amplior ꝙ debeat eē in isto corpore talr febriēte. siue sanguis sit admixt⁹ peccanti humori siue nō. Sēdo mō intelligit ꝙ cū humore q vincit fuerit sanguis mixt⁹. i. secum ad minima diuisus vt ꝑ apertionē vene facile cū sanguine egrediat. Nam q̄uis largo mō possem⁹ dicere oēm humorē existentē in venis eē sanguini mixtū: tñ sic non intelligit hic. qz si sit parietibus venarū adherēs sua viscositate: aut in ipsaꝝ porositatib⁹ ibibitis sua subtilitate. aut stās in magnis frustis sit in venis cū sanguine nō dicit sanguini mixtus ⁊ mīto min⁹ dicit mixt⁹ si sit extra cor ⁊ extra venas ⁊ arterias. ¶ Ad hoc q̄ ꝙ humor dicat mixtus cuꝫ sanguine regrit ꝙ sit in corde venis aut arteryis cū sanguie ad minima diuisus. ita vt minimū vnius tangat minimū alteri⁹. Sz ꝓter hanc ꝺditionē addam⁹ aliā de itentiōe Dini ⁊ Bētilis ꝙ ille humor q est admixtus cū sanguie mō suprascripto sit etiā vicinus nāe sanguis. taz in qualitatib⁹ ꝑmis ꝙ̄ secundis. i. ꝙ nō obtineat in latitudine sua grad⁹ 3rios nāe ⁊ dispōni sanguinis: sed sit sibi satis ꝓportiōalis. ¶ Nec tñ sola ꝺditio nō sufficit. stat. n. ipm paruo tēpore stetisse in venis ita vt nondū secuz portuerit ad mīma diuidi. aut forte nām ipm separauisse a sanguie sicut aliq̄ fit in crisibus añ exitū eius a venis. Sed q̄ñ adsunt iste due cōditiones: tūc est maxie mixtus cū sanguie: ⁊ aptus educi cū euacuatiōe sanguis absq; nocumēto. i. absq; hoc ꝙ corꝑ ducat ad colericoꝝ ebulitionē aut ad frigidoꝝ crudatio nem seu cruditatē. ¶ Notandū tertio ꝙ ꝑ humorē vincentē nō solū debem⁹ intelligere humorē q actu facit febreꝫ: sed ét humorē qui stans sub forma cāe antecedētis est de ꝓximo facturus febrē. Nō enī soluz in cōtinuis facimus flebotomiā: sed ét in iterpolatis tēpore quietis q̄ñ nullus humor actu putret vt educam⁹ humorē q de ꝓximo facturus est febrē. ¶ Notanduz q̄rto ꝙ q̄ñ hūor faciēs febrē est mixt⁹ sanguini ꝑm duas ꝺditiões iā dictas vrina ꝑmū apparet rubea grossa. qz ꝑ talē mixtionē cuꝫ hūore putrente fit ꝙ q̄ñ nā pellit aliquā partez humoris peccātis cū vrina ét secū pellit aliq̄ pars sanguinis ad mīma diuisi cuꝫ humore illo. Uñ vrina tingit ꝑm exigentiā humoris peccātis: ⁊ ét ꝑm exigētiā sanguis q secū pellit: ⁊ dat vrine colorē rubeū ⁊ subaz grossaz. Quādo autē cuꝫ sanguine peccat colera aut ꝑmū dominās in q̄ntitate aut ꝑmū distās a nā sanguis vtꝑmū nō fit vria rubea grossa: ꝫ subtil ignea vel notabilis citrinitatis. Silr q̄ñ eēt flegma ꝑmū aut valde crudū multū distās a nā sanguinis cōiter nō fit vrina rubea grossa. ꝫ grossa alba. aut subtilis alba ꝓpter opilatiões ⁊ ꝓuationē digestiōis. ¶ Silr quādo esset melācolia ꝑma aut multuz distās a natura sanguis nō esset vrina rubea grossa: ꝫ tendēs in fuscedinē nisi forte ꝓpter opilationē fieret subtilis alba. ¶ Auicēna aūt per hoc qō dixit nō citrina ignea: voluit etiā alios modos vrinarū intelligi qui significāt aut humoreꝫ multuz distare a natura sanguinis aut eē multum superantē sanguinē ꝓportionabiliter in q̄litate. Nam in his casib⁹ etiā peccante sanguine nō oz flebotomia fieri nisi ꝑcedat purgatio si aliud indicās nō fuerit. naz timet aut colericoꝝ ebulitio aut frigidoꝝ incrudatio.

His premissis fit hec ꝑma cōclusio. In oi specie febris humoralis pōt a principio cōpetere flebotomia. Nā in colericis flegmaticis melancolicis taz cōtinuis q̄ iterpolatis pōt humor faciēs febrē esse mixtus cū sanguie ad itellectuz datū ꝓ quā mixtio-

nem flebotomia euacuans sanguinem ꝛ humorē peccantez exonerabit virtutē. vnde fiet potentior supra residuū digerēdū ꝛ euacuādū. ꝛ sic sequet magnum iuuamentuz absq; notabili nocumēto. ¶ In sinochis aūt non est dubium flebotomiā sūme iuuare. ꝛ hec est mens Hal. z°. terapētice. caplo. 15. in auctate posita ante oppositū. ¶ Secunda ꝯclusio. nō in ꝙlibz febre pendēte a putredie aliorum būorū a sanguie ēt cōstante virtute cōuenit flebotomia. ꝓbaf. nam multe sunt febres pendētes a putredine aliorū humorꝫ a sanguine. ꝙrū būores nō sunt mixti sanguini nec sunt vicini nāe sanguinis. ꝛ aliq̄ multū sanguini dominant. Uñ euacuato sanguie per flebotomiā q̄ est frenū aliorū humorꝫ ꝛ pauco de humore peccāte euacuato fiet notabile nocumētū. vtputa colericoꝝ ebulitio aut frigidoꝝ icrudatio absq; iuuamēto notabili. Et ex his pz clarus itellect⁹ multoꝝ textuū: quoꝝ alig ꝑcipiūt flebotomiā: vtputa q̄ humor peccās est mixt⁹ sanguini ꝓpinquus nāe eius. Alig ꝓhibent flebotomiā: vtputa q̄ non est mixt⁹ sanguini multū distās a nā eius aut forte min⁹ ꝓportionabilr excedēs ipm. Nō. n. tunc cōuenit flebotomia nisi ipso humore multū domināte ꝑus euacuato. Et hec fuit mēs Hal. 4. de regimie sanitatis. vbi dixit. q̄ humor parum distat a natura sanguis audacter flebotoma. q̄ vero plus distat flebotoma cum reuerentia. i. parum. Quādo vero plurimū distat nequaquā.

Et ex his patet solutio ad duo argumēta facta ante oppositū. ¶ Dz ad cōfirmationē negaf maior. nō. n. q̄cūq; sanguis peccat quāto aut ꝙli ēt cōstante virtute cōpetit flebotomia. sic. n. in effimeris ꝛ ethicis cōpeteret flomia cū in omnibus calefiat sanguis. si tamen sāguis calefieret caliditate fixa alys cōsentientib⁹ competeret flebotomia.

¶ Deinde fac seg flomiā solutionē ventris subtilez ꝓprie si fuerit illic siccitas cū eis q̄ sunt siē aqua ordei ꝛ alsiracost pauco ꝛ aqua ordei cū sirupo acetoso. Et si natura nō fuerit lenis adde in eo qō est siē siracost qō sit siē sirup⁹ violatus. ꝛ sit vltimitas lenificatio nō fluxꝰ vētris ꝛ nō solutio laboriosa. Et magis dilectuz est apud me administratio clisterioꝝ fm vltimitatez qua idigeē in virtute. Et de clisteribꝰ cōis iuuamēti lenibus est clistere factū ex oleo violato ꝛ succo folioꝝ sicle ꝛ vitello oui: ꝛ zucchoro rubeo ꝛ baurach. Luz ergo lenieris hac lenificatiōe: fortasse idigebis eo ꝏbilioze ꝙz illud quo indiguisti in ꝓncipio: et illud est quando natura est obediens.

¶ Hic est ꝙrtus canō. ꝛ est de eūone perventrē. ꝛ dic tria. ¶ Primū deide post flomiā fac seg solutionē vētris subtilez. i. facilē siue paruā. Et ꝓprie hāc debes facere si venter fuerit siccus cū eis q̄ sunt sicut aq̄ ordei sumpta ꝙtitate. v. aut. vi. ʒ. debite cala. ¶ Scōm lenitiuū est paruū siracost. i. mane: vtputa a gnq̄. ʒ. vsq; ad vnā. ʒ. cum ꝙtuoz ʒ. aq̄ ordei aut circa. ¶ Tertiū est sirupus acetosus q̄ dz dari solus ꝙtitate ꝙtuoz aut gnq̄. ʒ. si sit longus. si vo sit abbreuiat⁹ ꝑ decoctionez sicut cōiter fit dz accipi de eo a ꝙtitate duaꝝ. ʒ. aut triū cū trib⁹. ʒ. aq̄ cocte aut pluribus vt cōmode bibi possit ꝛ nō dz misceri cū aq̄ ordei vt dicetur iferius. Et si nā nō fuerit lenis. i. venter nō fuerit facile obediēs medicis solutiuis adde in eo. ſ. sirupo acetoso aut in aliquo ex solutiuis de gb⁹ supra aligd adiuuās qō sit sicut siracost. aut sirup⁹ violat⁹ maxie fact⁹ ex violis recentib⁹. qz est magis lenitiuus aut addas vtrūq;. Et sit vltimitas. i. vltimū qō itendis in hac eūone lenitio ventris educēs mās que in itestinis reperiunt. Nō fluxꝰ ventris. i. non eūo per quā māe trahant a longe ad fluendum per itestina. Nec solutio laboriosa. i. solutio difficilis regrens forte farmacū. ¶ Scōo dicit q⁹ magis dilectum est apud ipm administratio clisterioꝝ fm vltimitatez qua idigetur in vtute ipsoꝝ. i. q̄ clisteria sint magis aut min⁹ vigorosa fm necessitatē. Sunt. n. aliq̄ corpora q̄ ꝑ educendo materias cōes q̄ in itestinis cōtinent idiget clisterib⁹ magis acutis: aliqua min⁹ acutis: imo vnus ꝛ idē fm maiorez aut minorē vētris cōstipationē idiget clisterib⁹ aliq̄ magis acutis aliq̄ min⁹. aliquādo magis mollitiuis: aliq̄ magis icisiuis aut absterſiuis. ¶ Et subdit q⁹ ex clisteribus cōis iuuamenti. i. fm plimū in tali. casu sufficientibus. lenib⁹. i. ventris lenitiuis est qō fit ex oleo violato succo folioruz sicle. i. blitis: vitello oui: zucca. rubeo ꝛ baurach. i. sale. ¶ Descriptio pōt esse talis. ℞. succi sicle lib. vnaz. olei violati. ʒ. vi. vitelli oui numero. i. vel duo. zucchari rubei. ʒ. i. salis. ʒ. q. ꝛ est satis acutū absterſiuū ꝛ lenitiuuz. Et potes facere magis acutū addēdo ꝑs de sale ꝛ succo blitis: ꝛ magis absterſiuū multiplicādo zuccarū ꝛ succum blitis ꝛ magis lenitiuū multiplicādo oleū ꝛ vitellos oui. ¶ Tertio dic q⁹ cū tu leniueris hac lenitiōe siue per clistere siue per medicinā exhibitā forte asse idigebis debilioꝝ lenitiuo ꝙz illud quo idiguisti in ꝓncipio. Et illō erit q̄ nā. i. venter erit fact⁹ obediēs per lenificantia ꝑcedentia. ¶ Et dicit forte asse. Sūt. n. gdaz qui post vsuz clisterioruz ꝛ medicinarū lenientiuz efficiunt magis stipticī. alig efficiunt magis lenes orificys meseraycaꝝ deopilatis q̄ ꝑ erāt a fecib⁹ ouris ꝛ flegmate ꝯstipata.

Notandum ꝑ circa ptē pñtez q⁹ eūo de q̄ hic est sermo. est ad educendū mās cōes q̄ in stomaco itestinis ꝛ venis meseraicis aut saltez earum extremitatib⁹ cōtinent. Quapp si hō superfluitates fuerint in itestinis grossis sola sufficiūt clisteria. Si vo in itestinis gracilib⁹ ꝛ stōaco idigemus medicina exhibita per os: cū clisteria nō ascendāt nisi vsq; ad yleon. ꝛ hō lenificatio est necessaria in ꝓncipio oīuz febriū putridaruz nisi venter spōte fuerit lenis. ¶ Si vo in febrib⁹ fit op⁹ flebotomia ꝓmo ꝑcedat hō lenificatio. deide fiat flebotomia. Deinde post flebotomiā iterū vēter leniendus est si non fuerit lenis. Si vo nō sit necessaria flomia ab hac lenitione incho andū est. nec regulariter in ꝓncipio sunt exhibēde medicine euacuantes materiaz febris. Hec autez lenitio facienda est ad educendū superfluitates ꝓme digestionis chilum corruptuz humores ꝛ q̄cūq; nocima continentur in stomaco itestinis ꝛ extremitatib⁹ venarū meseraycaruz. De eni materie in febrientib⁹ putride facile corrumpunt. ꝛ corrupte fouent ꝛ augent febrem: quāuis nō sint materie ꝓprie febris. Et secūdo ad contemperandum caliditatez febrilem. Quapropter debēt diuersificari fm gradum calozis febrilis. Et tertio ad aperiendum vias vt natura faciliter possit expellere superflua a toto corpore ad intestina. ¶ Notanduz secūdo q⁹ solutiua superius scripta in textu posita sunt satis leuia: ꝛ in habēte ventrez notabiliter stipticū parū operarent aut forte nihil. fortius eni inter ea est māna qō exhibitum in parua quātitate sicut iubet paruz operare. Et si detur in notabili quātitate: vtputa. ʒ. solum coleraz sua ꝓprietate et aliquādo flegma fm diuersitatez rerum super quib⁹ cadit. Dozum aūt humozū electio nō est illud qō querit ab Auic. in hac lenitione. ꝓpterea necessariū est ipm in pua quātitate miscere cum notabili quātitate aque ordei aut alterius leniētis ꝛ nō eligentis. ¶ Medici tñ hui⁹ tēporis cōiter ytunt cassia dissoluta cū decoctiōe fructuum.

vt. ℞. floris cassie. ℥. i. aut. ʒ. x. trahantur cum decoctione fructuum que hoc modo est ordinãda. ℞. prunorum numero. iiij. iniubarum sebesten. añ. nũero. x. violarum. ʒ. i. buliant in sex. ℥. aque ad consumptionem medietatis: sȝ viole ponant̃ in fine decoctionis ⁊ cum hac cassia trahatur ⁊ dissoluat̃. q̄ si calor febrilis fuerit magnus his potes addere tamarindos. Et quãuis cassia electiue educat coleram et flegma de hoc non curat cum operetur sine agitatiõe ⁊ molestia. ⁊ in melancolicis ponerentur ad coquendum cum suprascriptis flos boraginis ⁊ buglose ⁊ in flaticis aliqd mellis. ¶ Tertio notãdũ q̄ clisteria sũt magis dilecta q̃ medicĩe exhibite p os maxĩe post flebotomiã regulariter factã q̄ nõ debȝ fieri nisi stõ ⁊ itestinis p̃us a superfluitatibꝰ mũdatis. Clisteria. n. sufficiũt ad educendũ feces q̄ in itestinis grossis cõtinent̃ q̄ de facili i eis in paruo tpe ↄgeruntur ⁊ cũ hoc minꝰ agitãt ⁊ debilitãt q̃ medicine sumpte p os. Sȝ vbi nõ est opꝰ flomia aliqñ melius est vti clisteribꝰ. aliqñ medicina leniẽte f̃m diuersitatez repletiõis itestinoꝝ grossoꝝ tantũ aut stõaci ⁊ itestiorũ graciliũ ad q̄ clistere nõ ascendit. ¶ Notandũ q̃rto q̄ licȝ clistere ab Auic. descriptũ sit cõis iuuamẽti. describunt̃ tñ alia a medicis antiqs ⁊ modernis. q̄ ēt sunt cõis iuuamenti. Clistere cõe apud medicos nr̃i tẽporis est hꝰ. ℞. ordei. maluarũ. blitis. añ. M. vnũ buliãt in sufficienti q̃titate aq̄ vt in. vi. lib. aq̄ in q̄ p̃us ordeũ p. xij. horas fuerit ĩfusũ vsq̄ ad sufficiẽtẽ decoctionẽ de q̄ decoctiõe accipiant̃. ℥. xviij. olei cõis vel violati si idiges maiori ĩfrigidatiõe. ℥. iij. vitelli oui numero. i. salis. ʒ. ij. misce. Et aliqñ huic addimꝰ duas. ℥. mellis violati vbi opꝰ est maiori abstersiõe. Aliq tñ sicut Gal. ii. terapẽtice. ⁊ moderni q̄dã faciunt clistere ex aq̄ mellis. ℥. xv. ⁊ olei. ℥. iij. ⁊ est optimũ i febribꝰ pauce ĩflãmationis. Et potes facere aquã pluris mellis aut paucioris f̃m necẽtatẽ maioris aut minoris abstersiõis. In febribꝰ ãt icensiuis sicut causones tertiane cõtinue ⁊ sĩles: ⁊ p̃prie tpe estatis facimꝰ clisteria notabilr̃ ĩfrigidantia ex aq̄ decoctiõis ordei ⁊ matrũ violaꝝ q̄bus addimꝰ succos ĩfrigidãtes sicut sempuiue solatri ⁊ sĩliũ q̃titate duaꝝ aut triũ. ℥. ⁊ aliqñ. ℈. ß. cãphore. ⁊ ponimꝰ i eis oleũ violatũ aut nenufarinũ ⁊ paruȝ zuccari loco salis ⁊ supponit̃ tepidũ. Meliores tñ eẽnt succi angurie citrulli cucumeris ⁊ portulace. q̄ sunt frigidi ⁊ hũidi leniẽtes et p̄nt põi in maiori q̃titate. ¶ Notãdũ q̄nto q̄ sicla idẽ ē q̄d bleta. ⁊ ē duplex. domestica ⁊ siluestris: q̄ siluestris vocat̃ blitis siue ollus iamenũ. Domestica aũt ē duplex. altera alba. altera nigra. i. viridis obscura. ⁊ alba ē melior. q̄ in ipsa ē v̄tus abstersiua ⁊ p̃ugitiua iuuãs ad lenitiõeȝ. sȝ in nigra ē v̄tus stiptica q̄ nõ couenit huic p̃posito. vtraq̃ tñ declinat ad f̃rm lȝ in vtraq̃ sit v̄tꝰ ↄposita. ¶ Utrꝝ aũt stante necessitate flomie ⁊ farmacie eligẽtis mãȝ p̃priaȝ q̄ sit p̄mittẽda nõ est hic discutiẽdũ: sȝ ↄterminabit̃ ĩferiꝰ. ¶ Silr̃ si querat̃ vtꝝ clisteria acuta notabilr̃ exoluentia ↄpetãt in febribꝰ. Dõm est q̄ merito febris nõ cõueniunt. Nã q̃rta p̄mi. caꝰ de enegmate q̄ ex eis sunt acuta debilitãt epar ⁊ p̃ducũt ad febres. ⁊ p̃prie in p̄n̄ nõ cõueniũt qñ mãe sunt crude cũ de ĩtentiõe Auic. xvi. tertij. caꝰ de cura colice. Clisteria acuta exigãt digõnẽ mãe. digesta tñ mã possumꝰ vti clisteribꝰ acutis sicut vtimur medicinis exoluẽtibꝰ p os. sȝ merito alioꝝ q̄ aliqñ ↄiungunt̃ febribꝰ: q̄ñq̃ ↄueniũt sicut in colica subeth stupore dolore capitis ab hũore flatico apoplexia ⁊ sĩlibꝰ. qñ fortius idicarent q̃ febris idicet oppositũ. nã in his casibꝰ ēt ab initio nulla p̄cedẽte digõne est coꝝ vsus necẽriꝰ. ¶ Silr̃ si q̃ratur vtrũ in oĩbus febribꝰ hũoralibꝰ debeat p̄mitti hec lenificatio. Dõm est q̄ sic nisi vẽter fuerit lenis q̄ aliqñ ↄȝ p̃fici cũ clisteri aliqñ cuȝ medicina sũpta p os f̃m q̄ mãe cõces educende ↄtinent̃ in itestinis grossis: aut in stõ ⁊ itestinis gracilibꝰ ad q̄ clisteria nõ attingũt. ⁊ f̃m varietateȝ dispõnis recipiẽtiȝ in aptitudĩe ad clistere aut ad medicinaȝ per os sumendã. Ueruȝ aliquãdo oportet ab initio non solum educere materias cõmunes: sed etiaȝ p̃prias sicut ostendetur inferius.

¶ Deinde fac ipsam sequi ea que vrinam prouocant. sicut syrupus acetosus decoctus cum radice apij ⁊ similibus.

¶ Hic est q̄ntus canõ. in quo docet euacuare p vrinã. ⁊ dicit. deide. i. post flebotomiã si expedierit ⁊ post lenitionẽ vẽtris fac ip̄m egrũ seq ea q̄ p̃uocẽt p vias vrine. sicut est sirupus acetosus decoctus cum radice apij ⁊ sĩlibus aperiẽtibꝰ ⁊ p̃uocantibꝰ. ¶ Pro cuiꝰ declaratiõe p̄mo nota nõ esse itentionẽ Auic. educere p vias vrine mãs p̃prias febriũ: sed q̄sdã aquositates ⁊ ptes serosas in venis cõtentas ⁊ p magna pte multiplicatas p actionẽ caliditatis febrilis agẽtis in massaȝ sanguineã: q̄ licȝ nõ sint mã p̃pria fe. fouent tñ ipaȝ ipediũt q̄ nãm a digõne ⁊ eũone materieruȝ p̃priaꝝ. Uerũ tñ aliqñ accidit vt cũ his euacuet̃ mã p̃pria feb. p̃pter p̃pinq̄tatẽ aut mixtionẽ eiꝰ cũ hꝰ serositate. licet eiꝰ eũo hic nõ p̄ncipalr̃ intendat̃. iuuãt etiã hꝰ p̃uocãtia ad mãe p̃prie digõnem incidẽdo ⁊ subtiliãdo: necnõ ad viarũ apertionẽ. ¶ Scdo notãdũ q̄ Aui. dixit deide: ad significãdũ q̄ hꝰ p̃uocatio dȝ seq flebotomiaȝ si fuerit expediẽs aut vẽtris lenitionẽ. flomiã q̄dẽ ne per hꝰ cũ sint calida fiat ĩflãmatio. ⁊ scdo ne stante plenitudine fiat p̄cipitatio materierũ cũ hꝰ aperiẽtibꝰ ad vias vrine ⁊ loca angusta ⁊ seq̃tur opilatio. sȝ vẽtris lenitionẽ ne mães corruptas in stõ ⁊ in itestinis cõtentas p̄cipitent ad epar ⁊ ad venas. ¶ Tertio notãdũ q̄ p sirupũ acetosum decoctũ cũ radice apij ⁊ sĩlibꝰ possumꝰ duo intelligere. s. aut sirupũ acetosuȝ simplicẽ exhibitũ cũ decoctiõe radicis apij ⁊ sĩliũ: sicut est radix brusci feniculi sparagi aut petrosilini. ex q̄bus aut aliq̄bꝰ coꝝ põt fieri decoctio. cuius tres. ℥. p̄nt exhiberi cũ duabꝰ sirupi acetosi simplicis. Et possumꝰ itelligere sirupũ acetosuȝ ↄpositũ descriptione Mesue. ⁊ alioꝝ q̄ si nõ sit liq̄dus dȝ cũ aliquo liquoꝝ distemperari iuuãte ad p̃uocationẽ sicut cũ aqua decoctiõis aut distillatiõis feniculi apij ⁊ sĩliuȝ. Et hi sirupi aliquando p̄nt fieri ex zuccaro aliqñ ex melle in febribꝰ minꝰ calidis ⁊ vbi necessaria eẽt maior abstersio. Et dicunt̃ oximel simplex ⁊ cõpositũ. ⁊ vbi necessaria esset maior infrigidatio daremꝰ duas. ℥. sirupi acetosi simplicis cũ tribꝰ. ℥. decoctiõis aut emulsiõis seminũ cõiuȝ frigidoꝝ.

Sed quereres si sirupus acetosus simplex cuȝ decoctiõe apij ⁊ sirupꝰ acetosus cõpositꝰ. aut oximel ↄpositũ cõueniat in p̄n̄. qũ exhibendus erit sirupꝰ acetosus. s. zuccarinꝰ aut mellinꝰ q̄ ē p̃uocatiuus minꝰ ⁊ minꝰ aperitiuꝰ: cũ notabilr̃ aperiẽtia ⁊ p̃uocãtia debeãt postponi. ¶ Ad q̄d r̄ndet̃ dicẽdo q̄ cõueniet ante cõpositũ: vtputa in initio p̄ncipij exhibebis sirupũ acetosuȝ. s. zuccarinũ aut mellinũ cuȝ aq̄ zuccarata aut simili nõ aperiẽte aut p̃uocante saltem notabilr̃. postea parũ post eductis materiebꝰ cõibus ⁊ facta flebotomia: si expedierit dabimꝰ hꝰ aperiẽtia ⁊ p̃uocantia hoc ordine seruato; vt gradatiȝ p̃cedamꝰ a minꝰ aperiẽtibus ⁊ p̃uocantibꝰ ad magis aperiẽtia ⁊ p̃uocantia: sicut icipiendo a sirupo acetoso ↄposito duarũ radicum. s. apij ⁊ feniculi zuccarino aut mellino f̃m diuersitatem mãe. ⁊ p̃cedendo ad ↄpositũ de q̄nq̃ radicibus. ⁊ si materia erit notabiliter calida dabimꝰ in p̄ncipio p̄ncipãte sirupum acetosum simplicem zuccarinum cũ aqua cocta. deide parũ post cum aqua endiuie. deinde post cum emulsione seminum cõium frigidorum. postea digesta mã p̃pria ⁊ notabiliter minorata vtendum est magis aperientibꝰ ⁊ p̃uo-

cantib⁹ intensiue ⁊ quātuz ad multitudinē: ⁊ ꝓprie cū volumus per vrinaz educere mām ꝓpriam feb.

¶ Deide fac ipm sudare ⁊ aperi meat⁹ cū illis in gbus nō fit calor fortis: sicut cū inunctiōe ex oleo camomillino et fricatione cuz vno albo: et cum aqua dulci tepida.

¶ Dic est sext⁹ canō. ⁊ est ēt de eūone māeruz cōiuz. Et dicit q⁹ post flebotomiā lenitionē ventris ꝓuocatōez dictā facias ifirmuz sudare ⁊ aperi meatus. i. pozos cū bis in gbus nō est fortis calor sicut est inunctio cū oleo camomellino: ⁊ fricatio cū vino albo potēte ⁊ cū aq̄ dulci tepida in q̄ balneet aut cū qua fomentet. ¶ Et subdit q⁹ si febris fuerit acuta nō inuenis excusationē ab iunctione ⁊ embrocatiōe. ¶ Notādū circa ptē pñez pmo q⁹ stāte plenitudine euacuabili p flomiā aī ꝓuocationē sudoris dz pcedere flomia. Nā ꝓuocatiuū sudoris iflāmādo ⁊ dissoluēdo augeret illā. Silr dz pcedere vētris lenitio ne ꝓuocās sudorē trahat mās cōruptas iteſtiales ad epar ⁊ ad vēas.

Sed an ꝓuocatiuū vrine debeat pcedere ꝓuocatiuuz sudoris est dubiū: qō hoc mō ⁊ bñ a Gentili determinat. ꝓmittit q̄ q⁹ medicamē ꝓuocās sudorē est duop⁹ modop⁹.

Unū ab extra approximatū qō ꝓuocat sudorez tēperata caliditate aperiēte ⁊ leniter trahēte mās ad exteriora sic fricatio ōbita coopertura pānop⁹ ⁊ inūctio cū oleo camomillino ⁊ silibus. de quop⁹ nūero est ēt retētio anhelitus.

Aliud est ꝓuocatiuū sudoris ab itra sūptū. s. qō facit illud eliquādo mās subtiliando ⁊ mouēdo eas vsus cuti. Et ꝛz hoc idē pōt esse ꝓuocatiuuz sudoris ⁊ vrine fm diuersas aptitudines corpis in vno vrie ⁊ in vno sudoris ⁊ ieptitudines. Nā radix feniculi subtiliādo sanguinē ⁊ quasi eliquādo in oib⁹ aptis fm renes ad receptionē māerum pp latitudinē eop⁹ ⁊ bñtib⁹ fortitudinē attractiuā cū notabili calitate ꝓuocabit vrinā. in alio vero hoie debiliū renū in attrahendo: ⁊ cū hoc bñte vias strictas: ꝛz raro in pozis vsus cutim faciēdo eliq̄tionē euapozosaz ꝓuocabit sudorez. ¶ Ex qb⁹ apparet q⁹ medicamē ꝓuocās sudorē sumptū ab itra est fortio⁹ q̄ ꝓuocās vrinā ceteris paribꝰ: loq̄ndo de ꝓuocātib⁹ p q̄litates magifestas ⁊ nō p ꝓpetates.

Cuiꝰ rō est. qz ꝓuocās per vrinā subtiliat ad aquositatez ⁊ facit eos trāsire ad renes ⁊ iuuat in hoc a renib⁹ trahentib⁹ aquā a q̄ ꝓpriuz est eop⁹ aquosuz de būozib⁹ trahere. Sed medicamē ꝓuocās sudorē subtiliat ad aquositatez vapozosaz debēte penetrare ad loca strictiora q̄ sint vie vrinales. ⁊ cū B nō iuuank ab attractiua mēbroꝑ sudātiū .s. cutī ⁊ sibi affiniū sic medicīa vriatia a mēbris vrialib⁹.

His ꝓmissis rñdetur q⁹ medicamē puocans sudorē pmo mō. s. vias dilatādo occurrēs ab extra: licz posset cadere in vsu stati facta aliq̄ minoratiōe aut lenificatōe. securius tñ est q⁹ eūones ⁊ ꝓuocatiōes vrine ꝓcesserint si aderūt in venis mās debentes ꝓcipitari cū vrina. vel si eēnt in venis opilatōes iudicantes B ꝓuocatiuo vrine nō vt ꝓuocatio vrie. ꝛz vt aperitiuo viarū. ¶ Dicit z⁹ q⁹ ꝓuocās sudorē scōo mō multo magis dz subseq̄ ꝓuocatiuū vrine. cū ꝓuocare sudorē sit difficili⁹ q̄ ꝓuocare vrinam ex cāis suprascriptis ceteris paribus ex parte situs mās ⁊ reliquorum.

Contra quia ¶ Rñdetur q⁹ B est. qz nā meli⁹ distinguit mās a mā q̄ ars. vñ nō semp licz arti q̄ pōt facere nā. Si .n. cōstaret medico mās esse circa extremitates venaruz q̄ terminant ad cutiz ⁊ nō in venis magnis q̄ terminant ad vias vrine iciperet a ꝓuocatōe sudoris. ⁊ forte oio obmitteret ꝓuocātia vrinā. sed B sibi vso in dubiū incipit a via faciliori. Aluic. itaq⁹ ꝓsiderās ordinē ꝓdictop⁹ in arte dixit. deide fac ipm sudare: ⁊ declarauit de sudatiuo ōbili cū dixit aperi meat⁹. i. pozos. ⁊ si hec leuis ꝓuocatio sudoris dz seq̄ ꝓdictas eūones multo magis ꝓuocatio fortis. ¶ Nec obstat dictū Hal. ⁊ terapētice dicētis. q⁹ euacuato corpe: licz rarificare cū tepidū calorez bñte: q̄le est oleū camomellinū. nā q̄uis liceat: tutius tñ est vbi vtaī in dubiū de situ materie ꝓparatū ꝓuocari p vtrāq; viaz icipe a ꝓuocatiōe vrine. ¶ Notādū scōo hūc textū debere exponi sicut dictū fuit ab initio: vt Aluic. hic velit aperitionē pozop⁹ ⁊ ꝓuocatōez sudoris cum tribus auxiliis.

¶ Primuz ē inūgēdo cū oleo camomillino ⁊ bñ fricādo vt subtiliet ⁊ penetret. ⁊ ēt abstergat a pozop⁹ supficie ne eos opilet sua viscositate. ¶ Scōz auxiliū est pot⁹ vini. ſ. subtilis qō dz esse limphatū magis aut min⁹ fm exigētiā calorīs febrilis ⁊ vini potētiā tps āni ⁊ egri cōsuetudinē. cōiter tñ dz esse vinuz si est notabilis vinositatis a sexta pte vsq; ad octauā. ⁊ dz sumi notabilr calm. ¶ Tertiuz auxiliū est balneū siue fomētatio cū aq̄ cal'a. ⁊ fomentatio fit ifundēdo petias in aq̄ cal'a ⁊ bñ ꝓpressas applicare multotiēs ptib⁹ aptis ad sudorē sic sunt fm plimū dorsū ꝓcor⁹: ⁊ postea ipm bñ pānis cooperiēdo vt dormiat. Et hec expō est ꝓformis dictis Hal. ⁊ terapētice: vbi dic. Totuz corp⁹ anteq̄ euacuet rarificare nō oportet. euacuato tñ lz rarificare per oleū camomillinū. ⁊ in hoc tpe vinum aquosuz albū subtile bibitū vniuersas mouet excreationes ⁊ euacuationes ⁊ balneū ex aqua dulci. verum si hoc vinum aquosum albuz sufficeret medietas aque ideſt vt aqua pro medietate poneretur.

¶ Et si febris fuerit acuta non inuenis excusationem ab inunctione ⁊ embrocatione.

¶ Dic rēspōdet tacite questioni. Posset enī quis querere: licet ne cum istis in febribus acutis pcedere. ¶ Rēspōdetur q⁹ si febris fuerit acuta nō licet ꝓcedere: cuz bis ēt si sint temperate caliditatis: maxīe quando illa febris sit multi caumatis dissoluēs corpus ⁊ ducēs ad ethicā: imo pcedendū est cum vnctionib⁹ frigidis sicut oleo violato nenufrarino ⁊ similib⁹. ⁊ pcedendū est embrocatione. ſ. epithimatibus frigidis ex aqua rosata spodio fm exigentiam qō dicīt in curationibus febriū acutaruz. Qō autez embrocatio possit exponi pro epithimate apparet quarta pmi. cap'o de embrocis in littera Gerardi extra. ꝛz de bis latius in cap'o de regimine febriuz acutaꝑ.

¶ Oz si inuenis humorez in primis declinare ad stomacuz: facvomere cum eis in quibus nō fit diuersitas cōsuetudis: imo cū eis que sūt sicut sirupus acetosus cū aqua calida: cū natura mouet humorē ad vomitū ⁊ nō diuersifices eam.

¶ Dic est septim⁹ canon. de ꝓuocatione vomitus. Et dic q⁹ si tu inuenis humorez in pmis. i. pncipaliter declinare ad stomacū supple faciendo nauseam. Aut aliter in pmis ideſt in pncipys tā vniuersali q̄ pticulari. ⁊ supplete quocunq; alio tēpore fac ipm vomere cū eis q̄ sunt sicut sirupus acetosus mixtus cū aq̄ calida ⁊ similib⁹ leuibus cum natura mouet ad vomitum. ⁊ non diuersifices eam ideſt non facies operationē diuersam illi eūoni quā intēdit natura facere iuxta affoz. Undecūq; natura reperit ide ducere opz. Et hic etiā est textus Hal. scōo terapentice. Si a casu quādoq; ipetū ad os vētris ⁊ ad os stōaci per vomitum fecerit aliqd non opz ꝓter idem cōtra naturā ꝓuocare. ¶ Notandū pmo q⁹ in pncipio vniuersali regulariter operādo nō debemus vomitū ꝓuocare nisi cuz lenibus. sed digesta mā licet. ¶ Notādū secūdo q⁹ huiusmodi vomitiua debēt esse nō calida neq; frigida: iō expone cū aq̄ calida ideſt tepida. ¶ Notādum tertio q⁹ vbi nā non tē

